SUB | NIEDERSÄCHSISCHE STAATS- UND UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK GÖTTINGEN

Werk

Titel: Testamenti Veteris Biblia Sacra, sive Libri Canonici Priscae Judaeorum Ecclesiae ...

Untertitel: Latini recens ex Hebraeo facti, brevibusq[ue] Scholiis illustrati ab Immanuele Tr...

Verlag: Marnius; Aubrius; Typis Wechelianis

Ort: Hanoviae; Hanoviae

Jahr: 1603

Kollektion: VD17-Mainstream

Gattung: Bibel

Werk Id: PPN779279484

PURL: http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PID=PPN779279484|LOG_0004

OPAC: http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=779279484

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.
Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.
Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

Pio & benevolo Lectori.



ON *sum nescius, Christiane Lector, miraturos esse quamplurimos, & reprehensuros non paucos hoc consilium meum. Sed bonis (spero) satisfaciam, si breviter & verè exposuero, quid me ad ista impulerit. Duo ergo maximè in reprehensionem posse mihi videntur incurrere: mutatio atque adjectio, præsertim quum ego non solus antehac, sed cum doctissimo viro & collega mihi conjunctissimo* D. Immanuele Tremellio *operam in hoc labore consumserim. Ac primùm quidem sanctissimam esse apud me illius viri memoriam testor coram Domino & Ecclesia ejus: neq; me quidquam in hoc opere fecisse profiteor quo de labore ejus derogarem, existimationémve minuerem. Sed quum labor ille communis fuerit, nihil de labore tanti viri dicam: de meo hoc dicam, quod nemo tam iniquus est qui mihi velit adimere. Ego de meo labore ut mutem cum bona venia, ac non de* Tremelliano *(si ita placuerit) hoc inquam ego ab omnibus postulo: & si quis usque adeò rerum antescriptarum volet esse pertinax, cum peramanter rogo mihi saltem in rebus sacris hoc tribuat quod in levissimis cuique tribuitur atque præcipitur, ut ad ea quæ meliora probo transire liceat, & aliis eadem ostendere. Sed (ut paucis complectar omnia) hoc voluit* Tremellius *ipse, qui cum ego de locis aliquot amanter contuli antequam alter ab altero coacti essemus discedere: hoc me facere jubet mea conscientia: hoc aliorum bonorum judicia & postulata flagitarunt frequentissimè: hoc mandat Dei veritas, in qua me quotidie operam meam occupare, & aliquos profectus facere confiteor, ut qui adhuc ex parte (Deus bone, quantula!) cognoverim. His autem causis tot & tam gravibus nisi obsecundavissem, qua fide coram Deo & Ecclesia ejus audeam os meum ostendere! Adjectiones ex singulis ferme orbis partibus perscriptum fuit desiderari ad veritatis divinæ in contextu sacro & notis nostris illustrationem: quinetiam confirmare possum me vix centesimam adjectionem de iis quæ multi desiderant huc adhibuisse: præsertim quia metuebam dum bonis aliquot prodesse cuperem, ut mole operis prægravarem plureis. Omnibus ut prodessem, feci adjectionum modum. De scriptura nihil fermè mutavi: nisi quòd pro dupliceilla adspiratione unam consciam malui adhibere, quod esset Lectori adjumento. Restat unum, quod omneis novisse opus est ut æquitati & honestati publicæ consulatur. Ego quum ante annos quatuordecim viderem multorum monitis, & auctoritate Illustrissimi Principis sanctæ memoriæ vehementissimè à nobis flagitari ut opus illud nostrum membratim ederetur, quod nemo typographus facilè fuisset susceptur us, coactus sum in illa tenuitate mea, pretium Typographiæ pro mea parte exsolvere magis de arca aliena quàm mea. Quæ res non mediocre damnum attulit rei familiari meæ. Neminem palàm accuso: de nemine privatim conqueror. Sed id tantùm ab omnibus bonis ex æquitate peto, ut alieno labori parcant quoad ejus fieri potest: quúmque palæstra hæc literaria tam multis argumentis abundet ubi operæ occupentur, id quod sibi nolunt alteri ne fecerint. Hunc animum Deus omnibus nobis largiatur, qui sanctimoniæ & charitatis officiis ex promisso benedicturus est in Christo Jesu. Ego omnibus & singulis omne officium spondeo, & ultrò defero Ecclesiæ Christi.*

LIBRI PRIMÆ PARTIS.

Genesis.
Exodus.
Leviticus.
Numeri.
Deuteronomium.

PRIMUS